UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

pignor. & in l.fina.C.de iure domi.impetra.tex.& ibi glo.in l.creditor hypothecas.C.de diſtractio.pigno, De iure regio eſt text. in d.l.11.& 42.ſupra allegatis.

Hanc regulam ponit notab.Anto.de Fano in tracta.de pignori.in j.memb.6.par.nu.1.vbi vſque ad nu.15.eam declarat,& a nu,15.vſque ad nu.33.ampliat x.modis,& limitat totidem modis.

REGVLA CLXVII.

Creditori datur retentio pignoris, ſi non eſt ſatisfactus a debitore pro vtroque debito,ſcilicet hypothecario & chirographario. Hanc regulam probat text.in l.vnica.C. ob chirographa.pecuni.pignus retine.poſ.& ibi Docto. Et regia.l.22.titu.13.par.5.

Hanc regulam amplia 9.modis,& limita 4.modis, vt per Anto. Neguſantium in tracta.de pigno.in 3.memb.5.partis.nu.46. vſque ad nu.51.

REGVLA CLXVIII.

Creditor prior prefertur poſteriori. Hanc regulam probat text.in l.qui balneum,& in l.potior. ff. qui potio. in pigno. habean. & in l.quoties vtriuſque. ff. de regu. iur. qui prior. de regul. iur.lib.6. & ibi Din.Regia.l.5.& l.17.tit.20.lib.3.fori.& l.27. & 29.tit.13.parti.5. Circa quam regulam vide Catelli. Cottam in Memora.iuris,in verbo,creditor. el 7.Cępo.in cautela 124.vbi eam aliquibus modis.

Hanc regulam amplia tredecim modis, & limita vigintiquinque modis,vt per Fran.de Ripa.in l.priuilegia.a num.3.vſque ad num. 50.ff.de priuile.credito. Eandem reg.vbi eam ampliat 20.modis, atque etiam limitat totidem modis,ponit Anto.Neguſantius in tracta.de pign.in 2.memb.5.par.a nu.1. vſque ad nu.31. Eandem regulā,vbi eam ampliat 21.modis,& limitat 25.modis,& notabiliter tract.materiam.& 13.effectus quos operatur prioritas temporis, ponit Chaſſa,in Catalo.glorię mūdi,in 12.par.conſide.99.per totam.

REGVLA CLXIX.

Creditor vendens pignus non tenetur de euictione. Hanc regulam proba tex.& ibi glo.& Bar.in l.periculum. ff. de pignori. & in l.j.& ij.C.credito.euictio.pig non debe.

1 Amplia primo,non ſolum habere locum in creditore priuato,verum etiam in fiſco,quia in hoc fiſcus vtitur iure priuati.vt in l.j. C. credito.euictio.pigno.non debe.

2 Amplia ſecundo, non ſolum ſi creditor vendat pignus conſiſtēs in corpore,ſed etiam ſi vendat nomen creditoris hypothecatum.Vt eſt texl.in d.l.periculum.